

tur in ferrā opus est tali materia quadam, cū præsertim nemo fer-
 rā sit dicitur eam, que in cera est efficta. quare definitio syllo-
 gismi, qua instrumentū est, debet in se ppriā habere materiā. Esse
 aut inuicē eis, quod aliquid ex ijs que posita sunt inducit, clarū est
 ex eo, quod neq; ad demonstratiōem, neq; ad dialecticū, neq; ad so-
 phisticū syllogismū uti eo possumus. sunt enim hæc syllogismi ge-
 nera. Præterea idē iter atēs sunt syllogisti, quatenus uel utrūq;
 assumunt, uel cōsequens. quid enim potius antecēdēs, q; cōsequens?
 Qui uero ex contradiētiōe diuisiui sunt, nō inducunt idem quod
 aliquid ex ijs que posita sunt, sed contrarium reliquæ orationis:
 cū cōtrario accidit, ut fiat idē quod assumptio, quia diuisiui est
 ex huiusmodi. In diuisiuis igitur qui nō sunt ex huiusmodi, est syl-
 logistres it, qui contrarium reliqui nō inducit. sed ne syllogismum
 quidē dicit aliquis cum qui sit ex diuisiōe cōfictus, & ex uno eorū
 quæ sunt in diuisiō alterū inferat. Nam quoniam illato, in syllo-
 gismo, qui ex huiusmodi diuisiōe cōstat, accidit cū sit contrarium
 alterius eorū quæ in ipso diuisiōe sunt, ut idē sit ratione dictionis
 eū eo quod est assumptū, quod nō est idē, neq; secundū idē & con-
 trarium alteri quod ex diuisiōe sit relictiū, & idem cū eo quod sit
 assumptum, querendum est, ex quo sumpto de ijs que et accidit,
 & in idē concurrunt, fiat oratio syllogistica. Quod enim ambo
 nō sint idē, neq; ei secutiū idē insunt, est manifestum ex eo, quod
 nō in omnibus diuisiuis ambo eisdē insunt. Quod si eadem inter se
 sunt, & est idem, contrarium ambo esse eorū quæ sunt in diuisiō-
 ne, & esse idem quod alterū eorū, certe in quo unum inest, etiam
 alterū inest. Quod si sunt, in quibus non inest, ut contraria sint
 ceteris assumptis, nō erit idem in diuisiuis, contrarium esse alteri
 eorum quæ ex diuisiōe sunt, & diuersum esse ab assumpto eodē.
 quare neq; in quibus simul insunt, tanquam eadem inter se insunt.
 quod si nō sunt eadē querendū est, ex ueruis eorū pronuntiatio-
 ne fiat syllogismus. Id autē aliquis intelliget, ex ipsa cōplexione for-
 mæ syllogismi. Est autē cōplexio ipsa huiusmodi syllogismi hæc
 ut ex diuisiōe, & ex uno eorū quæ sunt in diuisiōe reliqui cōtra-
 rium inducat. Sed si hoc est, patet efficit syllogismū ut contrariū
 sumptum, nō ut idem cū assumpto, neq; enim id uult cōplexio. Ut
 enim, in quibus aliud est cōtrarium, & aliud assumptū, qui cōtra-
 rium alterius inducit, manet in ipsa propositi syllogismi cōplexio-
 ne, & secundū ipsam ratiocinatur, qui uero assumptū cōcludit, quā
 idē nō est in eis cōtrarium & assumptū, neq; manet, neq; ratioci-
 natur, ita in ijs in quibus ambo cōcurrunt, syllogismus quidē fiet
 tanq̄ illato cōtrario alterius quod sit acceptū, sed nō tanq; eodē
 quod assumptū. Quod uero id quod inferitur, nō sit idē cū eo quod
 assumptū est, ex his intelligitur. ut in ijs diuisiuis que cōstant ex
 non oppositis contradiētoriē: cuiusmodi est hoc, uel dies est, uel
 nox est, contrarium huic, nox est, quod est, nō est nox, significat
 quidem diem esse, sed quia principaliter nō significat esse diem, nō
 dicitur esse idē quod est hoc hoc assumptū, dies est. Nō enim
 quia dictione differit nō est nox, ab hoc dies est, ppter ea non est
 idē. Ea enim, in quibus aliqua dictione differunt, & tū eandem
 rem similit & principaliter significant, eandē efficiunt propo-
 sitionē, licet diuersam uocē habeant, nā ensem habere, & gladiū
 habere idē est, & eadē de eodē diceretur propositio, quia et ensis
 & gladius idē significant. Ita igitur, si nō est nox, similitè signi-
 ficet esse diem, ac si dicatur, dies est, certe non sunt factæ diuersæ
 propositiones ex eo quod diuersa sint uerba: sed quia, si dicās,
 dies est, & si dicās, nō est nox, nō idem primo significabis, sit, ut
 diuersæ sint, & nō eadem inter se. Nam hæc dies est, principa-
 liter ostendit diem esse: & per accidens tollit esse noctē: hæc ue-

ro non est nox, principaliter aufert noctē, & ex accidentem diem
 esse ponit eo quia si nox est, dies sit necessario, ut igitur in his ita
 se res habet, & hoc, dies est, hoc est assumptū & illatum in præ-
 dicto ex contradiētiōe diuisiui. Nō enim sumuntur tanquā idem
 principaliter significantia, quod si ita est, nō ex eo quod dictione
 eadē sint, iam erunt etiam eadē omnino. sed diuersa erunt, quia idē
 principaliter nō significant. Quod autē idem uis dictionis non
 sufficiat ad efficiendā ppositionem eandē, quemadmodum nec di-
 uersitas satis est ad efficiendā diuersam, declarant æquiuocatio-
 nes. Quod autē aliquid nō capiatur tanq̄ utroq; modo idem si
 gnificans manifestum est ex eo, q; hæc propositio, dies, in assump-
 tione accepta, assumit ut tanquā principaliter diem esse signifi-
 cet: illatum uero inducit, tanquā aufert hæc propositio, nō
 est dies, quasi idē ualeat, atq; hæc, nō igitur nō est dies, ut igitur
 hoc nō ponit principaliter diem esse, sed tollit hoc, Non est dies,
 ita & hoc, sed dies est, id quod pro eo sumitur. Accipitur enim
 in pronuntiatione tanquā illud tollens, sed non tanquā idem: uel
 quod utatur eo quasi tollat nō esse diem, uel quasi ponat esse diē.
 Qui enim eo utitur pro tollendo nō esse diē, si erat aliquid aliud
 id ipsum tollens, & nō hoc esse diem, certe illo, nō hoc usus est.
 Qui uero significare uult esse diem, certe nullo alio modo utetur,
 quā eo, qui id significabit. Illud autē uerbum, Ex necessitate, defini-
 tione additum distinguit ab inductione syllogismi. Est enim etiā
 inductionis oratio, in qua positus quibusdā aliquid aliud q; po-
 sita sunt accidit: sed nō ex necessitate, neq; enim necessarium est
 quod in ipsis inductionibus demonstratur: propterea quod neque
 omnia, ex quibus propositæ rei demonstratio cōstat, sunt possum:
 neq; etiam si omnia iureretur, uniuersale ex necessitate ita esset,
 sicut unumquodq; eorū que salsent sumpta. Quod uero dicit, ex
 necessitate efficitur, nō indicat fieri in syllogismus necessarium cō-
 clusionem (neq; enim in omnibus syllogismus est necessaria cōclu-
 sio: quippe cū in multis sit etiam contingens, ut in ijs, qui ex pro-
 positionibus contingentibus cōstant, cōclusio contingens est) sed
 quod ait ex necessitate, in dicit conclusionem necessario sequi pro-
 positiones, ex quibus ostenditur, cuiusmodi habitus fuerit eorum,
 qui ad cōclusionem efficiendā posita sunt. Quamobrem si illatio
 nō sequatur ex ijs que posita sunt, et tamē sit necessaria, tunc nō
 erit syllogismus. Quod uero ait, Ex ijs que posita sunt, syllogis-
 mos ab orationibus monolēmaticis, hoc est una summptione con-
 stantibus, distinguit: in quibus conclusio non fit ex ijs, que posita
 sunt, propterea quod ad syllogistica demonstratiōem dicit in eis
 altera propositio, ut ante diximus: itemq; distinguit ab ijs, que
 excedentes appellantes, nā orationes, in quibus aliqua propositio
 superflua sumpta est, & nō inducunt cōclusionem ex positis, sicut
 idem ea, ppositione ablata, idē nibilo minus potest induci. Nam si
 ex his, oē iustū est honestū, oē honestum esse bonū, cōcluditur oē
 iustū esse bonū, certe superuacaneum erit ad hoc demonstrandū
 addere, oē bonū esse per se expetendū, aut aliud quippiam. Quin
 etiam in quibus propria conclusio nō inferatur, sed aliud cōsequens,
 uel ei accidens, ne illi quidem sunt syllogismi, cū ex ijs que posita
 sunt nō efficiatur, uelluti si quis sumat uoluptatem esse secundū na-
 turā, & quod secundū naturā est, expetendū esse, deinde cōcludat
 uoluptatem esse bonā: certe id nō fiet ex ijs que posita sunt, licet
 ex eo quod est conclusio necessario consequatur. Huiusmodi est
 Epicuri syllogismus de morte, neq; enim ex propositionibus dicē-
 tibus, quod dissolutū est nō sentit, quod nō sentit nihil ad nos per-
 tinet, inferitur cōclusio, mors nihil ad nos pertinet, ut ipse arbitra-
 tur, sed cōcluditur, quod dissolutū est nihil ad nos pertinere, itemq;